

duratio generatim inspecta a re durante ratione distinguatur.

471. — THESIS. II. *Tempus intrinsecum non distinguitur realiter a motu rerum.*

Nota. Tempus a philosophia distingui solet in intrinsecum et extrinsecum: *Intrinsecum* est duratio successiva rerum que tempore mensurantur. *Extrinsecum* vero eadem est rerum duratio quatenus ordinem et respectum dicit ad motum aliquius externi corporis, per quem duratio successiva rei mensuratur.

Probatur. Quae distinguntur realiter, aut possunt realiter separari, aut sunt in diversis subjectis, aut ex illis unum producitur ab altero. Atqui idem numero motus 1º separari realiter a duratione sua intrinseca nequit, 2º motus et duratio non sunt in diversis subjectis, nec denique 3º motus a duratione realiter producitur, aut vicissim. Ergo tempus intrinsecum a rerum mutationibus non distinguitur.

Corollarium. Existentia rei mutabilis semel adopta perseverat sine interruptione usque ad suum interitum, ac proinde permanentia existentiae mutabilis exhibet aliquid continuum. Hinc tempus reale, quod est hæc ipsa permanentia existentiae mutabilis, est continuum; non constat ergo ex indivisiiblibus, ut melius postea videbimus, dum agemus de continuo.

472. — *Scholium.* Tempus potest per abstractionem monitis considerari in se, prescindendo a rebus mutabilibus, et tunc habetur tempus possibile, seu absolutum, aut imaginarium et ideale: quod nihil aliud quidquam est quam possibilitas successionis.

EXPLICIT ONTOLOGIA.

INDEX SYNOPTICUS.

PRIMI VOLUMINIS.

PROCEMIUM.

§ I. De Philosophia definitione.

Philosophia sumi potest tam pro mentis conatu ad sapientiam, quam pro ipsa sapientia. In hoc ultimo sensu definitur: *Scientia que disceptat de ultimis omnium rerum rationibus quas homo sole ratione duce consequi potest.*

§ II. De utilitate Philosophiae.

Iº Philosophia est utilissima ad alias scientias discendas et quidem 1º ad scientias speculativas, in quantum rationem veri in genere suppediat; 2º ad scientias practicas, in quantum præbet ordinis et boni, necnon naturæ entium dirigendorum cognitionem.

IIº Utilis est respectu hominis, sive privatum sumptu, facultates eius promovendo et perficiendo, sive in statu sociali considerati, quatenus genuinum ordinis et societatum constitutionis conceptum affert.

IIIº Utilis est religioni quia 4º obstacula removet sophismata diluendo, 2º demonstrat *præambula fidei*, 3º promovet aptitudinem naturalem ad revelationem excipiendo, et præterea theologo methodum et speculativos conceptus subministrat.

§ III. De habitudine Philosophiae ad alias scientias.

Iº Quoad scientias ordinis naturalis, philosophia est simpliciter regina et dux, utpotè alias suffundata principia præbens.

IIº Quoad scientias ordinis supernaturalis, simpliciter subjacet; 4º ratione objecti; quia ordo supernaturalis na-

turali præstat; 2º ratione luminis quo perfunditur; quia lumen naturale infinitè distat a lumino divino. Etsi amilla, tamen ex aliqua parte, adjutrix est ipsius Theologiaz.

§ IV. De Philosophiae partione.

Philosophia, inspecto objecto, in partem theoreticam seu Metaphysicam, et in partem practicam seu Ethicam pertinet, quibus pars quodam propædeutica adjici debet, per quam aditus patet ad illud objectum. Unde per ordinem numeratur triplex pars Philosophia, nempè Logica, Metaphysica, Ethica.

PRIMA PARS PHILOSOPHÆ

LOGICA.

Logica, cuius objectum est ordo quo instrui debent operationes mentis ad verum assequendum, dividitur in *naturalem* seu *innatam*, et *artificiem* seu *scientiam*, que rationem scientie et artis habet eò quia signatur per reflectionem, et norma instar actus mentis ad verum dirigit.

Logica scientifica rursus dividitur in *formalem* seu *dialecticam* et *materialem* seu *criticam*. Inde in prima Philosophie parte duplex pars.

PRIMA PARS LOGICÆ

Logica formalis versatur circa ordinem conceptum intuitu scientiae adipiscende. Unde in dialectica, perspectis priùs constitutis ratiocinii elementis, seu simplici apprehensione et iudicio, ad ipsum ratiocinum ex ipsis confatum, ac denique ad methodum qua ipsa coaptantur ratiocinia, migrabimus.

CAPUT I.

DE SIMPLICI APPREHENSIONE.

Simplex apprehensio est operatio qua mens aliquod objectum attingit. Est ergo conceptio cuius effectus est

5

6

9

10

11

14

15

INDEX SYNOPTICUS.

243

conceptus. Sed quia homo suos conceptus manifestandi facultate gaudet, in hoc capite agemus de conceptibus et simul de signis conceptuum.

12

ARTICULUS I.

De conceptibus.

I. Quid est conceptus?

Conceptus est similitudo objecti in mente existens. At tamen sedulo distinguendus est conceptus a phantasmate imaginationis, quod semper aliquid individuali exhibet, dum conceptus abstractus ab omni individuali conditione. Conceptus, præter alias appellations, *terminus* nuncupatur, 4º quia id est ultra quod non prograditur analysis; 2º quia quodammodo extremam judici partem tenet.

Conceptus objectum scientiarum constituit. Conceptus enim abstractus ab omni individuatione, ac proinde præse ferunt quid immutabile : jamvero scientia est de immutabili.

13

14

II. Quotuplex sit conceptus?

Conceptus dividi potest :

Iº Ex parte modi quo objectum concepit, 4º in *clarum* et *obscurum*, 2º in *distinctum* et *confusum*. Distinctus rursus est *completus* vel *incompletus*. *Compleitus* est *adequatus* vel *inadequatus*. 3º Tandem conceptus est *comprehensivus* vel *incomprehensivus*.

14

Scholium. Complexio notarum quibus constitutur idea, *comprehensionis* dictum, dum amplitudo ideæ in pluribus vel particiis individuis representandis, *extensio* vocatur.

15

IIº Ex parte objecti, conceptus dividitur in *realem* et *logicum*. Idem sonant termini *prima intentionis* et *secunda intentionis*.

15

ARTICULUS II.

De signis conceptuum.

I. Signi notio.

Signum est id omne in quo aliud cognoscitur. Signum est *naturale* vel *conventionalis*. Quod manifestat ideas, id signum idealum est. Loquela idealum signum perfectius exhibet. Præcise prout signum est simplicis conceptus, loquela vocabulum seu *terminus oralis* nuncupatur.

16

Thesis. *Vocabulum est signum conventionale non naturale*, quia relatio inter hoc signum et hanc idealum non nisi ex quadam pacto resultat.

17

Hic agitur de terminis sub respectu logico et quatenus
viii significandi habent.

II. De divisione terminorum vocalium.

Iº Secundum eum significandi dividuntur termini :
1º in univocos et aequivalentes, inter quos intermedium jacet
terminus analogus (qui reduci potest ad aequivalentem con-
silio), 2º in vagos et flexos, 3º in categorematicos et syna-
togrammaticos.

IIº Ratione objecti, dividuntur 1º in abstractos et con-
tractos, 2º in simplices et compositos, 3º in connotatiuos et
absolutos.

IIIº Secundum extensionem, dividuntur 1º in proprios
et communes. Terminus communis, si ad omnes quibus
applicabilis est, extenditur, dicitur universalis; si ad quad-
am tantum particularis; denique si ad unum duxat
significandum coarctatur, singularis appellatur; 2º in col-
lectivos et distributivos.

Universalitas, particularitas et singularitas per aliecujs
particulae appositionem dialecticè determinantur. Terminus
nunca nulla affectus particula determinante remanet cum-
munis.

Proprietates quas sortiuntur termini, prout in proposi-
tione continentur, sunt :

1º Suppositio, que est usus termini pro re aliqua * est
materialis, vel formalis, que rursus evadit logica vel
realis.

2º Ampliatio, qua extenditur terminus a minori ad ma-
jorem significacionem.

3º Distractione que accipitur terminus ad significandum
pro alio tempore.

4º Appellatio, qua applicatur notio per unum termi-
num significata, ad rem significatam per aliud terminum.

48

49

20

20

21

22

22

22

22

CAPUT II.

DE JUDICIO.

ARTICULUS I.

De natura judicii et propositionis.

§ I. De judicio.

Judicium est operatio mentis qua comparantur et colli-
gantur inter se duas ideas. Hinc judicium requirit 1º duas

INDEX SYNOPTICUS.

245

ideas; 2º earum comparationem; 3º ut conspicatur et
affirmetur earum identitas vel diversitas, qua de causa
judicium in affirmativum et negativum dividitur.

THESSIS. *Judicium est plena et perfecta cognitio, quia ju-
dicium non tantum affirmit rem esse, sed esse talem,
quod proprium est perfectae cognitionis.*

Judicium, etsi simplex in se, ratione materiae compo-
situm est. Constat enim materia, nempe ideis, et forma,
qua in affirmatione vel negatione consistit. Jamverò ma-
teria judicii composta est, siquidem adiquatè sumpta,
duas ideas earumque habititudinem complectitur.

23

24

24

§ II. De propositione.

Propositio, que ut signum judicii habetur, definitur :
oratio qua aliquid de aliquo affirmat aut negat.

Materia propositionis constat vocabulis seu subjecto et
attributo, dum copula, que est verbum substantivum, et
formam constituit.

25

ARTICULUS II.

De praedicamentis.

Ex dictis, judicare est redire subiectum quoddam ad
aliquum ordinem entium. Supremæ predicatorum seu
praedicabilium series ad quas ultimo reducuntur subiecta
praedicamenta dicuntur, quae sunt : 1º substantia, 2º quanti-
tas, 3º qualitas, 4º relatio, 5º actio, 6º passio, 7º ubi,
8º quando, 9º situs, 10º habitat.

26

ARTICULUS III.

De universalibus.

Ea quae de pluribus, non verò de omnibus prorsus en-
tibus affirmari possunt, universalis nuncupantur. Quæ
autem de omnibus; transcendentalia. Attamen universalia
de omnibus aliecujs generis affirmantur, et ideo universa-
lia vocantur, quæ numero quinque sunt: genus, species,
differentia, proprium et accidentia.

28

THESSIS. *Praeter hec quinque non dantur alia universa-
lia, quia omnia quae pertinent ad essentiam, habent rationem
aut generis, aut speciei, aut differentiae: quae ad
essentiam non pertinent proprii vel accidentis rationem
habent.*

30

Genus est supremum, vel proximum, vel intermedium.

30

30

<i>Corol.</i> 1 ^o Magis patet genus quam species.	30
2 ^o Genus superior ultra subalternum extenditur, ac proinde predicari potest de omnibus inferioribus subalternis: paucioribus enim notis constat. Hinc: <i>quó major est extensio eó minor fit comprehensio.</i>	31
Abstractio est operatio mentis qua relictis aliquibus notis cuiusdam notionis complexæ, aliæ seorsim considerantur, quæ proinde notione illa magis composita generaliores evadunt.	31

ARTICULUS IV.

De divisione judiciorum et propositionum.

I. De divisionibus quæ judicis et propositionibus simul competunt.

4 ^o <i>Ratione materie proxime</i> , propositionis est <i>necessaria</i> , vel <i>impossibilis</i> , vel <i>contingens</i> .	31
2 ^o <i>Ratione materie remota</i> seu terminorum, propositionis est vel <i>simplex</i> , vel <i>composita</i> . Composita est vel <i>conditio-</i> nalis, vel <i>copulativa</i> , vel <i>disjunctiva</i> , vel <i>causalis</i> . vel <i>impossibilis</i> , vel <i>contingens</i> .	32
3 ^o <i>Ratione forme</i> propositionis est <i>affirmativa</i> vel <i>negativa</i> . Negativa semper <i>prædicatum universale habet</i> , quia univer-	32
sum attributum removet a subjecto. In affirmativa vero prædicatus plerumque est particularis.	32
4 ^o <i>Ratione extensionis</i> , propositionis dividitur in <i>univer-</i> <i>salem</i> , <i>particularem</i> , <i>indefinitam</i> seu <i>communem</i> , <i>singula-</i> <i>rem</i> . Extensionis propositionis semper repetenda est ex solo subjecto, nam forma propositionis tantum se porrigit quantum subjectum patet.	33

5^o Præterea propositiones etiam dividuntur in *modales* et *expónentes*, quæ sunt vel *exclusive*, vel *exceptive*, vel *reduciative*.

6^o Ex *relatione signi ad rem significatam*, propositionis est *vera* aut *falsa*.

II. De divisionibus quæ judicio sunt proprie.

4^o *Judicium est a priori*, vel *a posteriori*. *Judicium a priori* nominatur etiam *purum*, *analyticum*, etc., a posteriori vero *empiricum*, *syntheticum*, etc.

2^o *Judicia analytica vel synthetica* sunt etiam *immediata* vel *mediata*.

Corol. *Judicia immediata* per se evidenter et universalia, dicuntur axiomata. *Hinc* *judicia analytica immediata* semper sunt axiomata, dum *synthetica*, etsi *immediata*,

INDEX SYNOPTICUS.

247

non sunt semper axiomata, ob defectum universalitatis, quam tamen ope inductionis adipisci possunt.	35
---	----

ARTICULUS V.

De propositionum proprietatibus.

Tres sunt proprietates propositionis, oppositio, aequi-	35
pollentia, conversio.	35

I. De oppositione.

Oppositio est repugnans inter duas propositiones eodem subiecto et praedicato constantes. Differunt possunt propositiones tunc quantitate, tunc qualitate, tunc utraque simul. Exinde quadruplex exsurgit oppositionis species, que sequentibus reguntur principiis.

I. *Principium*. Propositiones subalternas possunt esse simul falsa et simul vera.

II. *Principium*. Contradicторiae non possunt esse simul vera nec simul false.

III. *Principium*. 1^o Propositiones contrariae possunt esse simul falsa; 2^o non possunt esse simul vera.

IV. *Principium*. Propositiones subcontrariae 1^o possunt esse simul vera; 2^o non possunt esse simul false.

II. De aequipollentia.

Eequipollentia est eadem significatio duarum propositionum quae eodem subiecto et attributo constant, sed differunt una aut altera negatione.

Principium. Particula negativa in propositione destruit id quod post se reperit: ac proinde mutat quantitatem et qualitatem, quando praesigitur.

Hinc: *Regula I.* Quando toti propositioni praesigitur, haec propositionis fit aequipollens sua contradicitoriae.

Regula II. Si postponitur subjecto, propositionis fit aequipollens sua contrariae.

Regula III. Si subiecto preponitur simul et postponitur negatio, propositionis fit aequipollens sua subalternæ.

III. De conversione.

Conversio est inversio propositionis, salva tamen ejus veritate.

Triplex est conversio: nempe 1^o simplex, 2^o per acci-
dens, 3^o per contrapositionem.

CAPUT III.

DE RATIOCINIO.

ARTICULUS I.

De natura ratiocinii.

Ratiocinum definitur : *Eam mentis operatio qua, instituta comparatione duarum idearum cum tertio, illorum inter se identitatem vel dissimilitudinem perspicimus. Unde tria consideranda sunt in ratiocinio : 1^o idea, 2^o iudicia, 3^o nexus judiciorum.*

40

Antecedens est id de quo infertur. *Consequens*, id quod inferitur. *Consequentialia* est recta ratio inferendi, sed ipsa ratiocinii forma.

41

Argumentatio qua est signum ratiocinii, definitur : *Oratio ex qua propositio una ex alia infertur.*

41

Forma simplex ratiocinii est syllogismus, nempè hec argumentatio qua tribus propositionibus constat, ita inter se nexis, ut duabus positis tertia necessariò consequatur.

42

Elementa syllogismi describuntur.

42

ARTICULUS II.

De legibus syllogismi.

Leges syllogismi, que versantur tantum circa materialem terminorum et propositionum colligationem, juxta Aristotelem, sunt numero octo. Nituntur principio identitatis : (*quaes sunt eadem unius tertio, sunt eadem inter se.*) et principio contradictionis : (*Duo quorum unum non convenit cum tertio, alterum vero convenit, non convenientiam inter se,*) quibus sequens additur : (*Duo quorum neutrum cum tertio convenit assumpto, inter se convenienter vel non convenienter possunt.*) Primum effatum, prout dialectice applicatur, dicitur *de omni*, nuncupari solet ; alterum vero, dicitur *de nullo*.

43

Reg. I. vetat ne plures vel pauciores sint termini quam tres, aliqui non verificaretur definitio syllogismi.

43

Reg. II. prohibet maiorem extensionem terminorum in conclusione quam in praemissis, ut revera in conclusione idem reperiantur termini in praemissis comparati.

45

Reg. III. a conclusione medium removet, ne conclusio sit nova comparatio.

45

INDEX SYNOPTICUS.

249

Reg. IV. medio universalitatem vindicat, saltem in una ex praemissis, ut comparatio extremorum cum uno fiat termino.

45

Reg. V. Statuit nullam esse conclusionem ex praemissis realiter negantibus.

46

Reg. VI. excludit conclusionem negantem ex praemissis affirmantibus.

46

Reg. VII. Docet conclusionem esse participem omnium defectuum praemissarum, spectata sive quantitate, sive qualitate.

46

Reg. VIII. prohibet ne illatio ex duabus particularibus erueratur.

47

ARTICULUS III.

De variis figuris et modis syllogismorum.

Figurae ad materiam remotam syllogismi spectant, modi vero ad materiam proximam.

47

Figura ex variis mediis cum extremis dispositione resultat. Quatuor numerantur figurae.

47

De modis. Modus est dispositio praemissarum secundum qualitatem et quantitatem apta ad concludendum. Numerantur 64 modi ex quibus novemdecim tantum conclusionem dare possunt. Illi 49 modi in quatuor diversas figurae sparsi sunt : modi trium ultimarum figurarum ad modos primas sive directe sive indirecte reduci possunt.

48

ARTICULUS IV.

De variis speciebus argumentationis.

4^o Sunt argumentationes qua tribus tantum constant propositionibus, quarum alterutra vel utraque praemissa composita est.

51

2^o Dantur argumentationes qua plures aut pauciores quam tres propositiones habent.

51

§ I. De syllogismo composito.

I. *De syllogismo conditionali.* Syllogismus cuius major refert judicium hypotheticum, dicatur conditionalis; concludit vel juxta modum ponentem vel juxta modum tollentem, ex combinatione conditionis et conditionati.

51

Regula 1^a Si affirmatur conditio in minore, conclusio affirmit conditionatum.

52

2 ^a Ex negatione conditionati in minori, sequitur negotio conditionati in conclusione.	52
3 ^a Ex negatione conditionati, nil sequitur.	52
4 ^a Ex affirmatione conditionati, nil sequitur.	52
II. De syllogismo disjunctivo. Syllogismus cuius una premissa est disjunctiva, dicitur disjunctivus, et concludit sive tollendo ponere sive ponendo tollere.	52
Regula 1 ^a Si minor affirmat unum membrum, cætera disjunctionis membra copulatiæ sumpta, negantur in conclusione.	53
2 ^a Si minor negat unum membrum disjunctio- nis, cætera disjunctivæ affirmantur in conclusione.	53
III. De syllogismo conjunctivo, cuius antecedens est propositio conjunctiva.	53
Regula 1 ^a Ex positione unius partis, infertur exclusio alterius.	53
2 ^a Si excludetur una pars in minore, altera affirmari debet in conclusione, modo nullum sit medium inter hypotheses.	53
§ II. De aliis formis argumentandi quæ externa specie a syllogismo magis recedunt.	53
4 ^a <i>Enthymema</i> est syllogismus cui emittit una vel altera præmissarum.	54
2 ^a <i>Epycherema</i> est syllogismus cuius una vel altera præmissa suam secum afferit probationem.	54
3 ^a <i>Polyphlogismus</i> est argumentatio in qua conclusio unius syllogismi vices majoris in inseparabili gerit.	54
4 ^a <i>Sorites</i> est argumentatio pluribus constantis propositionibus ita connexus ut attributum prioris fiat subjectum posterioris : conclusio subjectum primæ propositionis cum attributo ultimæ copulat.	54
Regule : 1 ^a Solis negantibus confari nequit, neque 2 ^a propositionibus particularibus.	55
5 ^a <i>Dilemma</i> est argumentatio qua ostenditur unam quaque et duobus disjunctionis partibus contra adversarium valere.	55
ARTICULUS V.	
<i>De sophismatibus.</i>	
I. De fallaciis dictiōnēs.	
4 ^a Sophisma compositionis transit de sensu diviso ad sensum compositum, 2 ^a in sophismate divisionis fit transitus e sensu composito ad divisum.	56

II. De fallaciis extra dictiōnēm.	
4 ^a Ignoratio elenchi, 2 ^a petitio principii, 3 ^a sophisma non cause pro causa, 4 ^a fallacia accidentis.	57

CAPUT IV.

DE METHODO.

Methodus est ordo operationibus mentis adhibitus in- tuitu scientie adipiscendi. Duplex methodus, analytica scilicet et synthetica.	58
---	----

ARTICULUS I.

De analysi.

Est resolutio aliquicis totius in suas partes. Totum est duplex : <i>actuale</i> , cuius partes sunt vel physica (essen- tiales aut integrales), vel metaphysica; <i>potentiale</i> cuius partes subjectiva dicuntur.	59
---	----

Methodus analyticus constat definitione, divisione et inductione.	61
---	----

§ I. De definitione.

I. Quid est definitio?

Definitio explicat quid sit res de qua agitur. Est nomi- nalis vel realis, quae rursus in essentiale, descriptivam et genericam partitur.	61
---	----

II. De Legibus definitionis.

I ^a lex. Definitio sit clarior definitio 2 ^a lex. Genere proximo et differentia specifica constet. 3 ^a lex. Non includat definitum. 4 ^a lex. Non sit negans.	63
--	----

Corollaria. 4 ^a Omnia definiri nequeunt. 2 ^a Habitus et potentia definitur per actus et objecta.	64
--	----

Scholium. Methodus inveniendi definitionem est divisiva vel collectiva.	65
---	----

§ II. De divisione.

I. Quid est divisio?

Divisio est distributio totius in partes. Divisio totius actualis est physica vel metaphysica. Divisio totius po-	
---	--

tentialis fieri potest sive *per se* sive *per accidens*: hoc
ultima triplex est.

II. De legibus divisionis.

Io Sit adaequata. 2o Totum quamlibet partem excedat.
3o Unum membrum divisionis aliud non includat. 4o Sit
proxima et brevis.

§ III. De inductione.

Inductio generatim inspecta est omnis transitus a singularibus ad universalia. Potest considerari 1o in ideis,
2o in judiciis, et tunc est inductio proprii dicta; non ad-
hibetur ut methodus scientie nisi circa judicia me-
diata.

I. Inductio, que sit per modum argumentationis, est
processus ille quo affirmamus de subiecto universali id
quod ope experientiae de singulis eius inferioribus de-
tinximus. Est vel completa vel incompleta.

II. Specie tantum et non realiter hanc inductionem a
syllogismo differe ostenditur. Consequens inductionis di-
citur *lex*.

Ratio ob quam nonnulli circa naturam inductionis de-
cipiuntur.

Scholium. De inductionis in Mathesi.

De processu analytico et synthetico.

ARTICULUS II.

De synthesi.

Synthesis componit. Potest considerari prout ideas affi-
cit, et potissimum in judicis.

§ I. De synthesi in ratiociniis.

Ratiocinium, effato *dicitum de omni* nascitur, semper ad
conclusionem magis particulariem devenit, ac proinde ad
synthesis pertinet.

§ II. De syllogistica disputandi forma.

Haec methodus scholastica leges determinat quibus
tum defendentis minus tum arguentis officium regitur.

Defendens debet 1o argumentum fideliter repetere,
2o singula ratiocini elementa seorsim ac diligenter ri-
mari distinguendo, negando, concedendo, etc.

65

66

67

69

70

72

72

72

72

74

74

75

INDEX SYNOPTICUS.

253

Arguens, primo argumento semel proposito, ad defen-
dentes responsione attendere debet, negata probendo,
distinctiones impugnando, etc.

Haec methodus ad synthesis revocatur.

§ III. De demonstratione.

Demonstrare est probare iudicium esse, sicut effertur.

Ratione *matericæ*, demonstratio est *apodictica vel epa-*
gogica, a priori vel *a posteriori*, *absoluta vel relativa*.

De vocabulis in demonstrationibus mathematicorum
adhibitis.

Schol. Juxta questionum indolem adhiberi debet modo
analysis, modo synthesis. De methodo *mista*.

ARTICULUS III.

De scientia.

§ I. Quid sit scientia?

Definitur scientia: systema notionum que circa unum
objectum versantur. Ad scientiam requiritur 1o dogma
principis, 2o complexus notionum que ad illud referuntur,
3o nexus inter haec omnia que objectum aequiparatum
scientiae constituant.

De objecto materiali et formalis (*quod sub quo*). Quid in-
tellegunt Scholasti per *objectum attributionis seu mate-*
riam circa quem.

THESSIS I. *Scientia non est de singularibus, sed de univer-*
salibus, nam res abstractas considerat.

THESSIS II. *Scientia perfecta ea est qua rem explicat per*
causam aut rationem sufficientem, nam secus cur et quo-
modo res sit non patet faceret.

THESSIS III. *Scientia specificatur ab objecto*, quia scien-
tia est quidam motus: porro motus a meta mensuratur.
Stricte specificatur ab objecto formalis.

§ II. Quotuplex sit scientia?

4o Ratione finis scientia dividitur in *speculativam et*
practicam, 2o ratione extensis objecti, in *totalem et*
particularem: denique, 3o ratione relationis ad invicem,
scientiae sunt *primaria* vel *secundaria*.

84

SECUNDA PARS LOGICÆ.

LOGICA CRITICA SEU MATERIALIS.

Hæc pars versatur circa nexus quo cogitationes cum rebus cognitis coherent. Hæc congruëtia cogitationum cum rebus quas repräsentant dicitur veritas. Hinc veritas, quatenus assecuta, est objectum Logice criticæ.

85

CAPUT I.

DE VERITATE VERITATISQUE ASSECUATIONE.

ARTICULUS I.

Quid sit veritas, et in quanam mentis operatione reperiatur?

I. Quid est veritas?

Triplex distinguitur veritas, nimurum 1^o *logica*, quæ est intellectio quatenus rem intellectam adaequat, 2^o *mētaphysica*, quæ est rei entitas quatenus intellectui innotescit potest, 3^o *moralis*, quæ est adaequatio sermonis cum internis cogitationibus.

Hinc veritas generatim sumpta est adaequatio intellectus et rei. Hic agitur duntaxat de veritate logica.

II. In quanam mentis operatione veritas reperiatur.

THESSIS I. *Veritas logica est plenè et perfectè in solo iudicio*, nam 1^o iudicium in eo consistit ut conformitatem intellectus (attributi) et rei (seu subjecti) enuntiet, 2^o Ex signo iudicii thesis confirmatur.

THESSIS II. *In simplici apprehensione veritas inchoative reperiatur*, siquidem ipsi inest quedam rei et intellectus adaequatio.

Schol. Veritas est materialiter in simplici apprehensione, formaliter in iudicio.

THESSIS III. *Sensus etiam dici possunt veri*, nam imagines rerum similes.

Corollaria.

ARTICULUS II.

De imperfectioribus mentis statibus respectu veritatis assequenda.

I. *Ignorantia*, que adest quando nullam objecti ideam habemus. Est totalis vel partialis.

87

88

89

90

91

92

93

INDEX SYNOPTICUS.

255

II. *Dubium*, quod est mentis suspensio inter utramque partem contradictionis. Est positivum vel negativum.

92

III. *Opinio et probabilitas*. Opinio est assensus mentis in alteram contradictionis partem cum formidine de alterius partis veritate: probabilitas dicitur de momentis quibus innititur opinio. Momenta sunt intrinseca et extrinseca.

93

Probabilitas dividitur in gravissimam, gravem, levem et levissimam.

93

THESSIS. Probabilitas minor in conflicto majoris non eliditur, secus immerito diceretur probabilitas.

94

Probabilitas in aliquot secari quit particulas, quæ tandem simul sumptæ certitudinem condare non possunt.

94

De probabilitate absoluta et relativa.

94

ARTICULUS III.

De statu mentis veritatem plenè assequentis seu de certitudine.

95

Certitudo est firmitas adhesionis veritati cognitæ. Dividitur 1^o in subjectivam et objectivam, 2^o in metaphysicam, physicam et moralē.

95

THESSIS I. *Donantur gradus in certitudine*, nam motu aliud alio firmus est.

97

THESSIS II. *Certitudo fidei supernaturalis est omni naturali certitudine firmior*, nam motivum est firmius et lumen clarius.

98

Schol. De actu fidei.

99

CAPUT II.

DE FONTIBUS VERITATIS, SEU DE MEDIIS ASSEQUENDÆ VERITATIS.

ARTICULUS I.

De sensu intimo ejusque veracitate.

§ I. Quid sit sensus intimus?

Sensus intimus est hæc facultas qua percipimus facta interna. De distinctione inter sensum internum et conscientiam.

400

§ II. An sensus internus sit verax?

THESSIS I. *Veracitas sensus interni in dubium revocari nequit*, nam negatio hujus veracitatis implicat contradictionem.

THESSIS II. *Conscientia nequit esse falsa quod sua immidata iudicia*. Hæc enim veracitas ^{1o} negari nequit sine contradictione, ^{2o} argumentum thesis superioris adstruitur, ^{3o} evincitur ex eo quod objectum quod sentitur et subjectum sentiens sunt unum quid et idem.

Sch. Sensus intimi veracitas in qualibet certitudine subjective aliquo modo subauditur.

ARTICULUS II.

De sensibus externis.

§ I. Brevis enumeratio sensuum externorum.

Sensus externi, quibus facta externa percipimus, sunt numero quinque, qui singuli suum proprium habent objectum. De specie sensibili sive impressa sive expressa. Sensitive triplices distinguuntur: *proprium, commune, per accidens*.

§ II. An sensus externi sint veraces?

THESSIS I. *Sensatio, ut affectio subjecti considerata, non est falsitati omniozia*. Constat ex antea probatis.

THESSIS II. *Sensus externi, modo sint sani, aptè dispositi riteque adhucit, nulli nequeunt quod percipientem sensibilis proprii*, nam, ^{1o} impossibile est sensilem representationem non referre rem perceptam; ^{2o} si aliter res se haberet, Deus auctor naturæ esset mendax.

Cor. Hinc falsus est Idealismus.

ARTICULUS III.

De intelligentia.

THESSIS I. *Præter facultates sentiendi, homo facultate superiori ornatur qua percipit intelligibilita*. Id experientia constat.

De discrimine inter rationem et intellectum.

§ I. De intellectu.

Quid est intellectus? De diversis generibus judiciorum.

THESSIS I. *Intellectus, dux et formator simplices conceptus*,

401

403

403

404

405

406

407

407

408

409

INDEX SYNOPTICUS.

257

per se non est falsitati obnoxius. Conceptus enim objecto absimilis esse nequit.

THESSIS II. *Intellectus etiam in suis iudicis immediatis falli nequit*; nequit enim proferre id quod non est in objecto quominus error in sensibilem perceptionem, aut simplicem apprehensionem refundatur.

440

440

§ II. De ratione.

Ratio est facultas ratiocinandi, et exinde ad hujus facultatis exercitium nonnullæ prærequiruntur cognitio-

441

ratio et legitimam normam exactum, falso esse nequit, nam conclusio in premissis continere debet.

442

THESSIS II. *Mens præmissa ascensio conclusioni assen-*

442

tire debet, nam in primo assensu alter implicitè includitur.

442

Sch. Conditiones requisita ut mens conclusioni assen-

442

sunt det.

ARTICULUS IV.

De auctoritate.

Testimonium, quo facta a nobis sive loco sive tempore remota attingere possumus, est declaratio qua testis rem sit notam refert. *De teste, fide et auctoritate*.

443

Testimonium dividitur ^{1o} ratione testis in *divinum et humanum*, ^{2o} ratione materiae in *doggmaticum et historicum*.

443

Testis est immediatus vel mediatus.

444

§ I. De testimonio immediato.

I. De necessitate testimonii immediati.

THESSIS I. *Testimonium dogmaticum pro rudibus est uni-*

444

cum medium cognoscendi; carent enim aliis mediis.

THESSIS II. *Fides historica est homini prorsus neces-*

445

saria, nam est unicum medium cognoscendi ^{1o} facta præ-

terita, ^{2o} facta coeva qua in remotis contingunt regionibus, ^{3o} multas veritates experimentalis scitu neces-

446

sarias.

II. De veracitate testimonii immediati.

445

Ag. *An veracitatem testimonii requiriatur, ut testes ^{1o} cer-*

445

tam habeant scienciam, ^{2o} sint veraces. Hinc auctoritas fidelis supernaturalis summa est.

446

Testimonium dogmaticum humanum *per se non est in-*

fallibile.

446

THEISIS I. *Testimonium humanum, et si non plenam habeat auctoritatem, tamen in vilius usura est prudens agendi et judicandi norma, nam 1^o plerumque non fallit, 2^o est homini prorsus necessarium.*

THEISIS II. *Testimonium historicum in quibusdam adjunctis omnem formidinem erroris excludit, et certitudinem propriam dicunt gignit. Etenim aliquando de scientia et verilatio testium certitudinem constat.*

Cor. In quibusdam adjunctis testes pauci hanc certitudinem parunt.

*Sch. Illud testimonium certitudinem *moraalem* gignit. De sensu naturae communis.*

THEISIS III. *Consensus communis nec semper nec in omnibus est auctoritas infallibilis. Constat ex facto.*

THEISIS IV. *Judicia haec communis et practica, quae a sensu communis dimanant, nequeunt esse falsa. Etenim ab ipsa natura rationali, prout est in omnibus, proficiuntur. Sensus naturae communis non est facultas diversa ab intelligentia. Quaedam judicia communia a primitiva traditione repetitae sunt.*

§ II. De testimonio mediato seu de historia et traditione.

I. De traditione.

Traditio, quæ est continuata successio testium memoria facti ore transmittentium, est vera quando testes non sunt decepti nec deceptoribus.

Ad historias auctoritatem requiritur ut si ampla, uniformis, constans, et ex parte facti, *illustris*.

Monumenta traditionem optimè confirmant.

II. De historia.

Testimonium historicum semper mediatum est.

Ad historias auctoritatem requiritur 1^o ut sit *vera*, et 2^o non *interpolata*.

Ut de veritate primi *testimonii* constet, requiritur 1^o ut factum sit sive absolute sive relativè possibile, 2^o ut de narrantis scientia et probitate nulla moveri possit dubitatio.

Ut de veritate *testimonii actualis* constet, requiritur ex parte libri 1^o authenticitas, 2^o integritas. Auctoritas argumento sive intrinseco sive extrinseco probatur: *integritas* sive autographi exhibitione sive codicum collatione.

416

417

419

419

419

420

421

421

422

422

422

423

424

INDEX SYNOPTICUS.

259

De fonte immediato, mediato, primario.

Scholium. De Hermeneutica et arte critica.

424

425

ARTICULUS V.

De scepticismo.

Scepticismus, qui negat idoneitatem mediorum nostrorum ad veritatem capessandam, dividitur in universalem et particularem.

425

§ I. De dubitatione Cartesiana.

I. Exponitur dubitatio Cartesiana.

Ad repellenda omnia praedjudicia, semel in vita de *omnibus dubitare debemus*; tali modo peracta omnium cognitionis eversione ad conscientiam nos convertere debemus ut totum adiudicium cognitionis rediscemus.

Primum factum conscientiae: *cogito*, ex quo inferatur effatum: *cogito, ergo sum*.

Analysis hujus principii hoc alterum exhibet principium: *quidquid continent in idea clara et distincta, rerum est*.

Secundum factum conscientiae: Habeo *ideam* Dei. Porro hæc idea includit existentiæ notionem: Ergo Deus existit.

Sed Deus existsens debet esse verax. Ergo nostra facultates naturales sunt veraces.

426

426

427

427

427

427

II. Quid sentiendum est de hac methodo.

THEISIS. *Methodica dubitatio suo muneri est impar, atque in circulum vitiuum impingit. Ita pars inde patet quod rejecta rationis veracitate, nullum confari potest ratiocinium. 2^o pars veritatis liquet, nam Cartesius probat veritatem facultatum per Dei veritatem, et viceversa.*

427

§ II. De vera dubitatione seu de scepticismo proprie dicto.

